In CONFIRMATIONE GENERALI omnium Iurium, pag: 270.

In hunc Articulum de Dissidentium Libertate, omnes consenserunt, et subscripserunt primaria Homina ex Clero Romano atque Ordine Senatorio et Equestri, pag: 271. 272.

Ut integritati Articuli hujus nihil omninò deesset, in hisce ipsis Comitijs Coronationis, hic Articulus, ejusq' Confirmaō repetitur, et inr Leges censetur, pag: 275.

A iż w tey zacney Koronie Narodu Polskiego, etc. etc.

Id quod altero eorundem Comitiorum Statuto luculentius confirmatur, pag: 295. sub Tit: Interregni Acta.

Wszystkie Sprawy, Confederacye, Warunki, przeszłych czasow Interregni, etc: skutek swoy mieć maią.

Quandoquidem igr hic Articulus, unà cum alijs, tot Instrumentis, Subscriptionibus, tam Spiritualium quam Secularium, insuper Iuramento Regio et Statuto Comitiali, sine ulla Exceptione, Contradictione aut Protestatione, assertus ac confirmatus fuerit, Quis jam eundem Autoritatem Perpetuae Legis habere, negaverit!

Mortuo Rege Stephano, subsecutum est INTERREGNUM, Ubi quemadmodum Confoederatio illa in specie ratione Pacis Dissidentium, conservata et adprobata sit, Vid: Const: pag: 399.

Ktorą Confoederacyę Dissidentium de Religione, iż przestrzega Pokoju, etc: etc: in robore suo relinquimus.

Quod repetitur et approbatur, in Instrumento KAPTUR, pag: 404. Przyrzekamy też y postanawiamy, etc:

„ Ibidem, Iurium hujus Confoederationis participes faci-
„ unt, ijsq gaudere jubent omnes Urbes, Oppida, cujuscunque
„ Status et Conditionis Homines, nullis exclusis, decernendo,
„ ut violatores eorum Poenis ibid decretis succumbant.

Subscripsit, inter alios, Petrus Myszkowski, Episcopus Cracoviensis, pro se et alijs hinc absentibus.

Subsequuta est CONFOEDERATIO VARSAVIENSIS, in qua Confoederatio illa prior, inter Statuta denuo recepta, pag: 409. circa finem. Subscripsit inter alios etiam Episcopus Kameneceńsis Laur: Goslicki.